me eloquium meum. Loquar in
amaritudine anime mee. Dicam
deo noli me condempnare.
Indica michi cur me ita iudices.
Numquid bonum tibi videtur si
calumpnieris et opprimas me
opus manuum tuarum et consilium
impiorum adiuves. Numquid
oculi carnei tibi sunt aut sicut
videt homo et tu videbis. Num-
quid sicut dies hominis dies tui
et anni tui sicut humana sunt
tempora. ut queras iniquitatem
meam et peccatum meum scruteris.
Et scias quia nichil impium
fecerim. Cum sit nemo qui de
manu tua possit eruere. Man-